

gorius dicit arrianorum consecrationem sacrilegiam esse. Ciprianus dicit sacra hereticorum inania et sacrilegia esse. Hiero. dicit que offeruntur ab hereticis examinata esse et deo odibilia. Leo papa dicit non esse rata sacrificia extra ecclesiam nec vera. Postea ponit contrariam opinionem dicentium ab hereticis ordines tradi posse et ordines ab eis non esse iterum ordinandos. quia maxime Aug. dicere videtur. sicut ius habet baptizandi. ita etiam ordinandi sed heretici tale ius habent ad sui potestatem. catholici vero ad salutem. Gregorius dicit ordinatum semel nunquam debere reordinari. Postea circa hanc dubitationem tangit diversam opinionem. Qui dicit enim dicunt hereticos ab ecclesia presbiteros baptizandi ius habere. non autem ordinandi. et autoritates que in contrarium sunt debent intelligi de hereticis qui sunt sententiam ecclesie sunt ab ecclesia presbiteri. tales enim ius habent baptizandi. Alii vero dicunt quod sacramenta ab hereticis et presbiteris collata. si formam ecclesie conferant vera esse et rata. Alii vero nequaquam. et hanc differentiam varie de his doctores loquuntur. Alii autem dicunt sacramenta ab his collata vera esse in se si forma ecclesie servent. falsa esse et inania quo ad factum effectum. damnanda esse dicuntur hereticorum sacramenta. quia presbiteribus et accipientibus sunt in iudicium. et hanc hoc possunt intelligi ut dicunt autoritates supradicte. Alii vero dicunt hereticos in ecclesia ordinatos ius ordinandi habere eos vero qui in heresi nequaquam. Postea dicit symoniacos esse hereticos et ante degradationem ordines conferre posse.

**Secunda propositio est hec. Pro collatione sacramentorum ordinum dantes et accipientes pecuniam symoniaci dicuntur. et p tali delicto ambo eadem pena puniuntur. Hanc magister insinuans dicit quod symoniaci. prope dicuntur emptores a symone mago denominati. vendentes gratias sic dicit a seruo elizee. tamen largo nomine veritas dicitur symoniaci. Tertia propositio est hec. Qui ignoranter a symoniacis ordinantur ipsorum seruitium misericorditer tolerat. Hanc magister ponens dicit quod ordinari a symoniacis scienter consecrationem irritam habent. Qui vero sunt ordinati ignoranter possunt misericorditer in ordine sustineri. Et quia possent aliquis dicere quod non emittit spirituale ut consecrationem. sed temporaliter emittit spirituali animum ut res ipsas que ex consecratione pueniunt. et sic non est symoniacus. Ideo hoc remouet hic dicit quod quando aliqua duo sunt coniuncta non vnum sine alio potest emitti vel vendi. Postea ponit triplicem distinctionem symoniacae heresis dicens. quod quidam symoniaci symoniacae a symoniacis ordinantur. Quidam enim symoniaci symoniacae a non symoniacis ordinantur. ut terque istos sic ordinatum. primum gradum patitur. Tertio vero qui non symoniacae a symoniacis ordinantur possunt misericorditer tolerari. dum modo ignorant eos qui ordinant symoniacos esse. Ad id etiam quod cum sic ordinatos ab hereticis vel symoniacis esse damnandos est intelligendum. nisi aliquis violenter ab eis ordinaretur. Ultimo determinat de suscipientibus ordines quod ad etate dicit. quod subdyaconus ante decimum quartum annum. oyaconus ante xxv. annum. presbiter ante. xxx. annum ordinari non debent. Et tamen in speciali.**

**De sacramento coniugii cuius institutio et causa ostenditur.**

**¶ In alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserunt. matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legit institutum a deo non tamen ad remedium**

um sed ad officium. Refert enim scriptura. Sen. in adam misso sopore. atque vna de costis eius sumpta. et exinde muliere formata. virum in spiritu intelligente ad quem usum mulier facta esset post extraxim. prophetice dixisse. hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. propter se relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae. et erunt duo in carne vna.

**De duplici institutione coniugii.**

**¶ Coniugium autem institutio duplex est. vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso ubi esset thoro immaculata et nuptie honorabiles. ex quo sine ardore conciperetur. sine dolore pareretur. altera post peccatum ad remedium facta extra paradysum. propter illicitum motum deuitanduz. Prima ut natura multiplicaret. Secunda ut natura exciperet et vitium cohiberet. Nam et ante peccatum dixit deus. Crescite et multiplicamini. et post peccatum omnibus pene hominibus prolium sumptis. Quod vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium post peccatum vero ad remedium processum. Augustinus testat dicens. Quod sanis est ad officium. egrotis est ad remedium. Infirmitas ei in continetia que est in carne pro peccatum mortua. ne cadat in ruinam flagitiorum. excipitur honestate nuptiarum. Si vero non peccassent primi homines. sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum puenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum operum. sic coitus eorum bonus esset et remunerabilis. Quia vero propter peccatum letal concupiscentie. lex membris nostris indest sine que carnalis si sit comitatio. reprehensibilis est et malus coitus. nisi excusetur per bona coniugii.**

Aug. super Sen. in li. de nuptiis et concupiscentia

**¶ Quando secundum preceptum. quoniam secundum indulgentiam contractum sit coniugium.**

**¶ Prima institutio habuit preceptum. scilicet in indulgentia. videlicet enim ab apostolo humano generi. propter vitandam fornicationem indultum esse coniugium. In indulgentia vero quod meliora non eligit remedium habet non primum. a quo si quis declinauerit. meretur exitiale iudicium. Quod secundum indulgentiam procedit. voluntarium est. non necessarium. alioquin transgressor esset qui illud non faceret. Et potest sane intelligi illud sub precepto dictum hominibus primum ante peccatum. crescere multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebatur usque quo est facta multiplicatio. postquam secundum indulgentiam matrimonij tractum fuit. Ita etiam post diluuium quod vniuersum pene humanum genus.**